



Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Respo[n]sio ad duas obiectiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](#)

atque ex his tres tantum addictas purgatorio,
reliquas omnes ad ignem æternum damnatae,
vnum autem ex Franciscanis fratribus, eodem
ipsum quoq; temporis articulo defunctum per purgatorij quidem locum transisse,
sed tamen non modo ibi diutius nō commo-
ratum, verum etiam par animarum quæ princi-
cipia cum eo amicitia coniunctæ fuerant, se-
cum in cælum abduxisse. Vi. P. Platum debo-
no status religiosi lib. I. c. 5.

*REFUTATIO DVARVM OB-
JECTIONUM.*

Obs. I.
EIAM PIJ
PONIUS
ZU.

Aliter pa-
riuntur
gentiles
alter fide-
les.

CVm Cyprianus infictas diuinitus plaga-
gas in vltionem effusi Christiani sanguinis
commemoraret, ijsdemq; æque Christi-
ni affligi viderentur, ac proinde non pro-
vliciscendis, quæ eos quoq; pertingerent, di-
possent immisæ, scribens ad Demetrianum
Proconsulem in Asia: Pœnam, ait, de aduer-
mundi ille sentit, cui lætitia & gloria omni-
in mundo est: ille mœret & deflet, si sibi mal-
sit in sæculo, cui bene non potest esse post se-
culturum cuius viuendi fructus omnis hic capi-
tur, cuius omne solatium hic finitur, cuius ce-
duca & breuis vita hic aliquam dulcedinem
computat & voluptatem: quando isthinc eu-
cescerit, pœna iam sola superest ad dolorem.
Cæterum nullus ijs dolor est de incursione
malorum præsentium quibus fiducia efflo-
teturum bonorum. Deniq; nec colternamu-

aduersus

A E T E R N I S.

559

aduersis nec frangimur, nec dolemus, neq; in villa aut rerum clade, aut corporum valetudine mussitamus, spiritu magis quam carne viuentes, firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Per ipsa quæ vos cruciant & fatigant, probari & corroborari nos scimus & fidimus, &c. Et: apud vos impatientia clamosa semper & querula est: apud nos fortis & religiosa patientia quieta semper, & semper in Deum grata est: nec quisquam isthinc lætum aut prosperum sibi vendicat, sed mitis & lenis, & contrâ omnes fluctuantis mundi turbines stabilis, diuinæ pollicitationis tempus exspectat, &c. Et: viget apud nos spei robur & firmitas fidei, & inter ipsas labentis sæculi ruanas erecta mens est, & immobilis virtus, & nunquā nō leta patiētia, & de Deo suo semper anima secura &c. hæc Cypr. aduersus Demetr.

Nemo in prosperitate impiorum quorundam scandalum patiatur quo non pusilli solidum sed etiam viri sanctissimi esse pulsati noscuntur, Ieremia ita Dominum compellante: Quare via impiorum prosperatur & bene Cap. 12. Obj. 2. imam pīj interdū non puniuntur.

est omnibus qui prævaricantur & inique agunt? atq; Propheta Dauid nutante atq; dicente: mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super ini- quos, pacem peccatorum videns, &c. Sed eruditus, diuinoq; spiritu illustratus ut presentia futura prænoscens, sic eam quam ingerit sol- Resp. uit mox quæstionem, ista subijciens: Verun-

N n tamen

tamen propter dolos posuisti eis, deieciisti eos
dū alleuarentur. Quomodo facti sunt in deso-
lationē? subito defecerunt, perierunt propter
iniquitatem suā. Finis prēterita iudicat, adeo
ut suspendendū à nobis sit de vnoquoq; ludi-
cium antequam nouissima intueamur. Nam si
duntaxat principia vel solum progressus spe.

Pſ. 36.

Nihil infec-
ticius felici-
tate pec-
cantum.
vi. in loco
de aposto-
lia dictum
Cypriani:
vnusquis-
que, &c.

Cæsar. i. de
bello Gall.

Rom. 2.

Cap. 5.

sum? Vidi impium exaltatum & eleuatū sicut
cedros Libani. Sed quam funestus consecutus
est finis? Transiui, inquit, & ecce nō erat: qua-
si uiri eum & nō est inuentus locus eius. Quod
quidā impij diu regnare permitti sunt (vt Leo
Iſaurius annis 34. Constantinus Copronymus
annis 34. &c.) id non benedictio Dei sed
maledictio fuit iuxta illud Iobi ca. 5. vidi stub-
tum firma radice & maledixi pulchritudini

eius statim. nam quo longius vita producitur
eo copiosior eorum maledictio propagatur,

cum totū quod viuunt tempus nō nisi ad the-
saurizandū sibiipsis iram in die ire proficeret
vt nec illis ad vitam fuerit computandum, iſ-
dēm ipsis id in inferno testantibus & inter-
lia ista de nimia vitæ suę breuitate dicentibus

Tanquam sagitta, &c. sic & nos nati continuo
desiuimus esse.

Ad hēc pleni sunt diuini libri illarum pre-
dictionum quibus Deus (vt allicantur & con-
firmentur quicunq; sunt in Ecclesia infirmio-
res) ait futurum vt impiorum sit aliqua certa
felicitas in terris, sed breuis illa, exigua, & ha-
ijsmod



justus modi quæ illo tempore concidat quo maius
xime videbitur eminere, contra vero bonorum
diuturna & magna, quæ tum maxime extollatur cum deprimotissimum & extinguiri
videbitur. Hinc Psalmo 2. dicitur futurum ut
qui Reges ac terræ iudices Christo non audiunt breui pereant, & Psal. 109. per Deum pro
Christo pugnantem Reges esse constringen-
dos, edendas ruinas, capita conquassanda, &
Esai. c. 41. Futuru ut Ecclesia (quam per Abra-
ham vnum ex Ecclesiæ progenitoribus desig-
nat) Reges obtineat: gladio ipsius illi subiici-
antur, vt puluis pedibus exterminentur, ab
ipsius arcu quasi si ipula vento rapta, ipsa eos
prosequatur, & tamen bellum nullum videa-
tur excitare, &c. Lento quidem gradu (passu) Val. Max.
ad vindictam sui diuina interdu procedit ira, lib. I. c. 2.
sed tarditatem supplicij grauitate compensat.
De his vero qui hic non puniuntur quid di-
cendum nisi quod Dominus olim in Iudeos
perfidos & obduratos dixit occasione necato-
rū ruina turris Siloe, quod, licet minime gra-
uoribus peccatis essent obnoxii quam alij ha-
bitantes Hierusalem, ea tamen passi fuerint, in
exemplum peccati positi, vt nisi peniten-
tiā agerent essent similiter perituri, nō quod
super omnes essent turres ad ipsorum interi-
tum ruituræ, sed quod omnes diuinæ vindic-
tæ absque aliqua dubitatione feruandi es-
sent, gehennæ, omnibus supplicijs
grauiori.

Luc. 13.

Tibul. li. 1.
eleg. 9. Se-
ra tamen
tacitis pœ-
na venit
pedibus.
vi. P. utar.
de Seru nus
minis via-
dicta.

Nn 2

IN

